

20

HERMANNI
Vulteji F. C.

DISCEPTA-
TIONUM JU-
RIS SCHOLA-
sticarum
Liber unus.



MARPURGI,
Excudebat Paulus Egenolphus, Typogr. Acad.

M. DC XVIII.



NOBILITATE GENERIS,
VIRTUTUM ET ERUDITIONIS PRÆ-
stantissimis Juvenibus, Domino. JOANNI BAPTISTÆ
BROCK in Sibenhitten, Domino. JOANNI DIETMA-
RO GRIENTALLER in Cremseck & Wintern,
& Domino. HENRICO ELSSENHAMER, &c.

Dominis & amicis suis unicè
colendis S.

TANDEM aliquando victo pu-
dore adductus sum, juvenes no-
bilissimi, ut aliquid eorum, quæ
in hoc ocio Scholastico, minimè
tamen ocioso, meditatus sum, in
lucem emitterem. Ita autem pudor iste à me de-
victus est, ut mihi fatendū sit, ab aliis me prius
devictū esse. Etsi enim jam ab aliquot annis ad
petitionē quorundam Academia Marpurgen-
sis, in qua jura civilia interpretor, studiosorum
mihi duplex Disceptationū juris genus aggre-
di, illudq; horis subscecivis tractare propositum
fuit, unum quod esset rerum Scholasticarum;
alterum, quod esset rerum forensium: tamen
cum negocia alia, magis, mea opinione, necessa-
ria, interim, dum in hoc sum, accederent, nec
mei illa esset corporis valetudo, ut illis omnibus
satis commode sufficere possem: factum est, ut

DEDICATORIA.

4

expectationem concitaveritis, fore, ut si Deus vobis vitam largiturus est, quod precor, familiaris vestris ornamento singulari, & non patria tantum vestra Austria, sed etiã universo imperio Romano maximo cõmodo futuri sitis. De benevolentia autem mea in vos, nihil est quod vos dubitare faciat. Ut enim frater meus Johannes Vultejus Medicus, qui vos ex Argentina huc studiorum causa abeuntes mihi commendavit, mihi charissimus est, ita scitote, vos mihi esse longè carissimos, atq; tantò esse cariores, quantò & meliores moribus, & diligentiores in studiis vos esse video. Quid verò mihi tribuatis, atq; plus etiã quàm ego agnoscam, satis mihi perspectum est: qua de re nõ rectè fecero, si pluribus dixerò: ne quæ inter vos privata sunt, publica fecisse videar. Maçti ergo virtute juvenes, atq; hoc, quod vobis mitto, virtutis & studiorum vestrorum esse præmium agnoscite, eumq; cursum, in quo etiamnum estis, me si nõ duce, at comite saltem, dum in hac Academia vivitis, feliciter absolvite. Marpurgi è Museo meo, mense Junio, Anno M. D. LXXIX.

Vestri amantissimus

Hermannus Vultejus D.

A 4

HER-

S(O)S